



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

& de Collegio Germanico. 202

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

201 Huic eidem Laini fore prædixit, vt sibi successor, in summa Societatis prouincia, daretur. Hieronymum quoque Natalem cum Ludouico Consato in terrâ Hispaniã iturum, iusserat quam primùm conscensa naui soluere: habituros expeditam nauigationem. Nec aliter accidit: & hieme ipsa feliciter traiecere. 202 Haud minor difficultas Collegiũ Germanicum premebat: sed idem deuentu vaticinium. Quippe laborabat vltima penuria, nec allucebat vsquã subsidii spes. Quare de purpurato senatu aliqui monere patrem, cæpta ommitteret: nullo consilio rem tam difficilem continuaturum. Negare interim ille, atque in proposito perseuerare: quin etiam breui futurum dicere, vt Collegio rebus omnibus abundè prospiceretur, neque egestati locus esset. Secu-

tus est inde Gregorius XIII. qui
 iis opibus locupletavit Colle-
 gium, vt nulla re hodie videatur
 indigere. 203 In altero itē Colle-
 gio, quod Romanum appella-
 mus, istis haud diſſimilia conti-
 gere. Nam neceſſitatibus tene-
 batur, quantis vt humanitus li-
 beraretur, fieri poſſe vix crederes.
 Sed abiecit ſe in preces Pater:
 iuſſitque otioſos ab hoc metu
 nos eſſe: DEVM paucis poſt men-
 ſibus prouiſurum. Id quod co-
 pioſe, nec aliquando ſine mira-
 culi ſpecie factum. Donec no-
 uiſſimè idem Pontifex redditibus
 ſuis illud ſtabiliuit. Talia præſen-
 ſit compluria, prædixitq; ita,
 vt futuris I G N A T I V S
 nunquam falle-
 retur.

R E S